Lateinische Lektüreübung III/M.Ed. (Faller)
Sommersemester 2026
Fachliterarische und neulateinische Texte

1) *Der ältere Plinius berichtet in seiner Enzyklopädie* Naturalis historia *von dem, was er über Völker im Inneren Afrikas zu wissen glaubt (Plinius,* n.h. *5,8,45-46):*

(45) **Atlantes** degeneres sunt humani ritus, si credimus. nam neque nominum ullorum inter ipsos appellatio est et solem orientem occidentemque dira inprecatione contuentur ut exitialem ipsis agrisque, neque in somno visunt qualia reliqui mortales. **Trogodytae** specus excavant; hae illis domus, victus serpentium carnes, stridorque, non vox: adeo sermonis commercio carent. **Garamantes** matrimoniorum exortes passim cum feminis degunt. **Augilae** inferos tantum colunt. **Gamphasantes**, nudi proeliorumque expertes, nulli externo congregantur. (46) **Blemmyes** traduntur capita abesse, ore et oculis pectore adfixis; **Satyris** praeter figuram nihil moris humani; **Aegipanum** qualis vulgo pingitur forma; **Himantopodes** loripedes quidam, quibus serpendo ingredi natura sit; **Pharusi**, quondam Persae, comites fuisse Herculis ad Hesperidas tendentis. nec de Africa plura quae memorentur occurrunt.

degener, degeneris: entfremdet // ritus: Lebensweise

inprecatio, -ionis, f.: Verwünschung

exitialis: verderblich, unheilvoll

specus, -us, : Höhle

domus: ergänze „est“

vox: ergänze_ „eis est“

commercium: Umgang, Verständigung

exors, exortis: nicht teilhaftig // passim: nach Belieben

degere: leben

loripedes: „Schleppfüße“

serpendo: durch Kriechen // ingredi: sich fortbewegen

***2)** Bartolomé de Las Casas, Adversus persecutores et calumniatores gentium novi ad Oceanum reperti mundi Apologia, I – IV:*

Indorum gens non est tali barbarie barbara. Non enim stupidi vel efferi sunt, sed res publicas – etiam longe antequam Hispanicum nomen audivissent – recte institutas habebant, nimirum optimis legibus, religione et institutis sobrie compositas (...), nimirum gubernati legibus, quae plurimis in rebus nostras <leges> superabant (...). Praeterea mechanicae cuiusque artis ita periti sunt, ut optimo iure cunctis cogniti orbis gentibus hoc nomine praeferri debeant. (…) Artium liberalium, in quibus eruditi hactenus fuere, veluti grammaticae (artis) et logicae (artis), insigniter periti sunt; omni genere musices admirabili dulcedine audientium aures deleniunt. Scribunt scite et politissime adeo, ut plerumque dubitetur, an manu descripti an vero typis excusi characteres sint. (...) Hispani, qui tot horrendis stragibus (…) afflixerunt Indos, barbari sunt et barbaris peiores. (...) Idolorum autem cultores Indi (...) numquam (...) Christianae veritatis doctrinam audiverunt; unde minus peccant quam Iudaei vel Saraceni. Excusat enim aliquantulum ignorantia. (....)

Indi, -orum: Indios// barbaries, -ei, f.: Wildheit; Mangel an Bildung

nimirum (adv.): ohne Zweifel

sobrius, -a, -um: besonnen, vernünftig

mechanicus, -, -um: handwerklich

hoc nomine: in dieser Hinsicht

hactenus (adv.): bis jetz t// fuere = fuerunt

insigniter: in auffallender Weise

musices = musicae

delenire: bezaubern // scitus, -a, -um: kundig

politus, -a, -um: elegant, fein

typis excusi: (mit Lettern) gedruckt // character,- eris, m.: Buchstabe

strages, -is, f., hier: Blutbad

affligo, –flixi: erschüttern, treffen, schwächen

unde: (und) daher